

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

HIER||EMIAE PRO||PHETAE || THRENI.|| ... ||

Melanchthon, Philipp

Wittenberg, 1524

Philippvs Melanchton lectori.s.

[urn:nbn:de:bsz:31-270742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270742)

PHILIPPVS ME/
LANCHTON LE/
CTORIS.

ECce, mi lector acerbissimam
Hieremiæ querelam, qui Ec-
clesiæ excidium & horrenda diui-
næ iræ exempla, deplorat. Sunt
autem non parum multi, qui aut
in tantis malis securi, plusq; fer-
reis animis, senis huius lachrimas
rident, aut tragicis clamorib. alio-
rum vitia accusant, sua dissimulāt
Næc hī primum foris sapiunt, de-
inde grauis. malum dum mederi
student, exulcerant atque exacer-
bant, Domum vero propheta te
deducit, ut te explices, in te descen-
das, te

das, tecum expostules, miserearis
aliorum, tibi succenseas, te accu-
ses, pro se quisq; magna fabulae
huius pars sumus, suis quisq; vi-
tjjs, & a nobis, & a reliqua ecclē-
sia deum alienamus. Hęc vtinam
apud te expendās, cum hunc li-
bellum in manus acceperis. Sed
o miseros nos, qui vsque adeo oc-
calluimus, vt tanti mali vim ne sen-
tiamus quidem, quos sic fascina-
uit impietas, vt erubescere, quē-
admodum Hieremias queritur,
nequeamus, Verbum dei paulo
ante velut Cimmerijs tenebris ob-
rutum latebat, nuper, posteaquā
emerisit iterum diuino beneficio,
vertitur, vt Ezechiel ait, in canti-

A ij

cum oris, Quotus quisque rei pre-
tium considerat? Quotus quisque
ad pietatem animum adijcit? cum
interea dei nomen nemo non ha-
beat in ore. Porro si quem Hiere-
miæ lachrimæ mouent, Is ex hoc
libello non modo ecclesiæ cladem,
sed vim etiam fidei cognoscet. Nā
cum agnoscat iram dei Propheta
tamen non dubitat vel iratum, at-
que alienatum adoriri ac interpel-
lare, & a calamitatis auctore salu-
tem sperare, ac poscere. Quod ex-
emplum quantum habeat momē-
ti ad cōfirmandam piā mentem
facile intelligent qui Christū pro-
pius norunt.